




Incipit Interpretatio seu Expositio
Symboli fidei catholice.



Symbolum Athanasij.

Quicumque vult saluus esse: ante
omnia opus est vt teneat catho-
licam fidem.

Titulus huius Catechici est Symbo-
lum fidei catholice: vel Psalmus fidei
aut Symbolum Athanasij: eo quod Athanasius Ale-
xandrinus episcopus contra heresim Arrianam edi-
dit ad explanandum fidei catholice veritatem. Erat quip-
pe Arrius presbyter et Magister scholarium Alexan-
drie: qui episcopatum ambiens quia adipisci non
potuit: hanc heresim condidit: vt diceret patrem ma-
iorem: filium minorem: et spiritum sanctum seruum.

In Symbo. Athana. Expositio. RR iij

